

Dominica prima Quadragesimæ 149

superbiam. Quæ vitia fugienda ostendit. IV. Ministerium Angelorum, gloriosam remunerationem notare, docet. Tom. 12. serm. 27. de temp. pag. 56. & 57.

Eiusdem sermo 2. ad hæc: *Cum ieiunasset quadraginta diebus &c. Matth. 4.* Duo doceri vult. I. quid agendum; refrænegulam per ieiunium. 1. quia per gulam Adam superatus est. 2. propter eruditionem, quod ieiunantes soleat diabolus impugnare. 3. propter utilitatem, quia aduersarium expellit, & Deum reconciliat. II. tradit quid credendum sit de Christo. 1. Potentia Diuinitatis, qui tanto tempore ieiunauit. 2. infirmitas carnis, qui esuriit. Et tripliciter esuriit. Reputationem, in pauperibus. Nuncupationem, conuersionem peccatorum. Affectiuam, salutem animarum. Ibid. serm. 28. de temp. pag. 58. & 59.

Eiusdem sermo 3. in illud: *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Thess. 4.* Voluntatem Dei ad quatuor pro nobis extendi. Vt à peccato sanctificemur: vt in bono excitemur: vt in vtroque confirmemur: vt in cæloglorificemur. Ibid. serm. 29. de temp. pag. 59. & 60.

S. AMBROSII sermo in illud epistolæ, *Ecce nunc tempus acceptabile.* hortatur fideles ad bona opera ampliori deuotione hoc tempore peragenda, ostendens hocce dies ad defendenda & delenda peccata totius anni fuisse institutos. Sermon. 28. de temp. tom. 5. column. 38. 39.

Eiusdem sermo alter in epistolam in quo populum multa docet. I. tempus quadragesimale esse tempus cælestis medicinæ. II. Christum Dominum verè esse medicum occidentem, & viuificantem, percutientem & sanantem. III. Præceptum huius diuini medici de ieiuniis, orationibus, & vigiliis hoc quadragesimali tempore obseruandis. IV. conuersionem morum, nouam natiuitatem esse, pulchrè demonstrat. serm. 19. de temp. tom. 5. col. 39. 40.

Eiusdem sermo super Euangelium in quo de Christi tentatione & nostra conuersione, & diuiditur in 4. partes. In I. non mirum esse, si Christiani à dæmone tentantur, cum ipsemet Christus fuerit

tentatus per omnia. In II. diabolicae fraudis astutiam detegit in eo quod dixit *mitte te deorsum*, conatur enim semper perfectos ad inferiora à superioribus, & à cælestibus ad terrena deiicere. In III. fiducia in Deum tempore tentationis habendam docet. In IV. solum peccatum auxilium diuini impedire, declarat, eo quod inter Deum & hominem separet. serm. 30. de temp. tom. 5. col. 41. 42.

Eiusdem sermo pro hac Dominica qui est de ratione Quadragesimæ; Vbi acriter reprehendit non ieiunantes, & in ieiunio superstitiones vanas obseruantes: Deinde agit de quadragesimi numeri mysteriis ex testimoniis scripturæ desumptis. Sermon. 31. de temp. Tom. 5. col. 42. 43.

Eiusdem sermo feria 6. post primam Dominicam Quadragesimæ habitus, ad hanc tamen diem referendus, de ieiunio Christi & tentatione differit ac multa pertractat, nimirum, cur Christus post ieiunium tentari voluerit, quare dæmon ipsa tentatione mutationem lapidis in panem postulauerit, & de sapientia Christi Domini in responsione; Vbi de cibo spiritali animarum, hoc est, verbo Dei, pulchra habentur. Sermon. 37. de temp. tom. 5. col. 53. 54.

Eiusdem sermo cuius inscriptio declarat satis, ipsum fuisse habitum feria secunda infra hebdomadam secundam quadragesimæ, sed huic Dominicæ potius conuenit & ideo in hac ferie atrox censui, in ipso siquidem agit de causis ieiunii Christi & duas affert. I. est vt suo exemplo tanquam bonus medicus prius potationem, quam ægro daturus est degustans nos ad ieiunium prouocaret. II. vt primi hominis peccato conueniens remedium adhiberet, & qui per intemperantiam in morbum incidit, per abstinenciam conualescat; Vbi multa de primo & secundo Adam per antithesim dicuntur. serm. 39. de temp. tom. 5. col. 55. 56.

* S. ANTONII DE PADUA sermo, Ad poenitentiam nos inducere conatur multis conditionibus quæ ad hanc sunt necessariæ. I. Confessio faciendâ, ad